

Kébel Michael.

kebelmichael1691

Natus Tirnaviae. Qua saecularis in universitate ejati 1691. baccalaureus et qua alumnus coll. generalis 1692. magister philosophiae. Theologiam cum quarto a. in eodem semin. 1696. absolvit. Ad titulum praepositi de Turócz eodem a. ordinatus. 7. Apr. 1699. investitus parochus in Vágh-Selye cum filiabus: Pered, Zsigárd, Farkasd, Hetmény, Tornócz et Vecse. Qua talis 1700. baccalaureus theologiae graduatus. Hoc a. Josephus Pongrácz peregit visitationem, qui de parochia dicit: „150. acatholicos convertit. Contentissimi sunt cum ejusdem labore. Parochiam restaurarunt PP. Societatis, erigendo duo cubicula.“ 25. Apr. 1701. investitus in Nagy-Megyér. Hinc 7. Dec. 1702. in AEppali citte Strig. cum S. Thoma, Viridi campo, Párkány, necnon suburbio infra montem s. Thomae, cum contrada S. Annae. In quali nam statu tunc parochia fuit, sic refert visitator a. 1701. Joannes Jezerniczky. Ecclesia urbis sub castro nescitur a quo erecta antiquitus fuerit, aut quale patrocinium habuerit, cum a multis annis per Turcas pro mecset et synagoga fuerit applicata. Postquam e dira eorum servitute erepta fuisset, dedicata est honori a. Stephani protom. Habet monstrantiam pretiosam a duce Lotharingiae tempore secundae obsidionis Budensis donatam. 23. Sept. 1706. etiam investitus in cittem reg. extra muros. 1708. per Christianum Augustum ecclesia nova erecta ad s. Stephanum protom. 1713. factus canon. Magno-Varadiens.